Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

suam: et qui blasphemauerit nomen
dni. morte moriat. Lapidibus
opprimet eum omnis multitudo popu-
li. Sive ille civis seu peregrinus
fuerit. qui blasphemauerit no-
men dni morte moriat. Qui
percusserit et occiderit hoiem mor-
te moriat. Qui percusserit animal
reddat pecuniam id est animam pro
anima. Qui inflixerit maculam
civibus civis suis: sic fiet. sic
fiet ei. fracturam p fractura. o-
culum pro oculo. dentem p dente
restituet. Quale inflixerit ma-
culam. talem sustinebit. Qui
percusserit iumentum reddat aliud
Qui percusserit hoiem: punietur
Equum iudicium sit inter vos: sive pe-
regrinus sive civis peccauerit: quia
ego sum dns deus vr. Locutus
q est moyses ad filios israel: et e-
duxerunt eum qui blasphemaue-
rat extra castra. ac lapidibus
obruerunt. fecerunt q filii israhel
sicut preceperat dns moysi: XXV:-

Locutus q est dns ad moy-
sen in monte sinai dicens
loquere filiis israhel et di-
ces ad eos Cum ingressi fueri-
tis terram: quam ego dabo vo-
bis: sabbatizet sabbatum domui
Sex annis seres agrum tuum: et
sex annis putabis vineam tuam
colligesq fructus eius. Septi-
mo autem anno sabbatum erit ter-
re requiem dni. Ager non
seres: et vineam non putabis Et
sponte gignet humus non metes
et vuas primicias tuarum non
colliges quasi vindemiam Annus
enim requiem terre est. Sed e-
rit vobis in cibum: tibi et servo
tuo. famulo et mercenario tuo et
adiuncte: qui peregrinatur apud te
iumentis tuis et pecoribus
omnia que nascuntur pbebunt ci-
bum. Numerabis q tibi septem
ebdomadas annorum id est sep-
ties septem: que sit faciunt qua-
dragenta nouem: et clanges buci-
na mense septimo decima die
mensis per totam terram tue et omni
uersa terra vestra Sanctificabis
q annum quinquagesimum et vocabis
remissionem cunctis habitatoribus
terre tue. ipse est enim iubi-
leus. Reuertetur homo ad possessionem
suam. et vnusquisq redibit ad
familiam pristinam: quia iubileus
est. et quinquagesimus annus Non
seretis atq metetis. sponte e a-
gris nascentia: et primitias vi-
demie non colligetis ad sanctifica-
tionem iubilei. sed statim ablata
comedetis Anno iubilei redi-
ent omnes ad possessiones suas
Cum vendes quippiam tui
vel emes ab eo. ne contristes
fratrem tuum. sed iuxta numerum
annorum iubilei emes ab eo et
iuxta supputationem frugum vendet
tibi Quanto plus anni emanse-
rint post iubileum. tanto cres-
cet et pretium. quanto tempo-
ris minuerit: tanto minoris et
empcio constabit Tempus enim
frugum vendet tibi Nolite af-
fligere contribules vestros: sed
timeat vnusquisq deum suum
quia ego dns deus vester. Facite
precepta mea. et iudicia custodite
et implete ea ut habitetis pos-
sitis in terra absq ullo timore
et gignat vobis humus fructum
suum quibus quibus vesciamini usq
ad satietatem. nullus metu
timor formidantes Ecce si di